xilium venit Pelavicinus[a] calidus et astutus
cum Cremonensibus, Placentinis et aliis. Mantue
vero succursum dabant solummodo Ferrarien-
ses et Bononienses. Interim autem legatus om-
nes expulsos de civitate Mantue et omnes cruce
signatos apud turrem Baybe in districtu Ve-
netorum congregavit et habita copia bali-
stariorum et virorum pugnatorum ac auxili-
alium a duce et comuni Venet versus Paduam
iter arripuit. Ansiusius[?] autem potestas[a] Padue
pro Ezelino Plebem Sacci[+] venit, ubi autem
advenientium audaciam compertus est et quod
Burcolentam[?] et adiacentes partes occupas-
sent, trepidus cum apparatu Paduam fugit.
Quo audito versus Paduam properat exerci-
tus Domini, sequens victoriale crucis signum
et de celo sperans auxilium et ad pontem
Corvum usque pervenit. Cumque dubium di-
ctorum gereretur bellum aquam fluminis tam-
quam audaces transnatando[b] ad Burgum per-
veniunt contempnendo mortis pericula. Deinde
cum gato ignem supponunt porte Altinatus[c]. Ba-
listarii quoque astantes supra muros spicula
dirigebant[d] sicque per scalas muros ascende-
runt. Potestas autem victoribus cedens fugit.
Tunc Ezelinus recepto nuncio cum fuga Ve-

a) pelaneti nus C.

Venetorum

a) am Rande v. von der Hand pars IIII

+ sic C. l. Plebem Sacci.

adv(enien)tium C

b) sic C

c) altiat? C.

d) digigebant C.